

jungi possent? quia videlicet plena hostium omnia in medio essent: et aliorum, quam sua, corpora tanto periculo mallent objicere. Aliis non tam sententia displicere, quam animus deesse. P. Sempronius Tuditanus, tribunus militum: « Capi ergo mavultis, inquit, ab avarissimo et crudelissimo hoste. æstimarique capita vestra, et exquiri pretia ab interrogantibus, romanus civis sis an latinus socius, ut ex tuâ contumeliâ et miseriâ alteri honos quærat? Non tu; si, quidem L. Æmilii consulis, qui se bene mori quam turpiter vivere maluit, et tot fortissimorum virorum, qui circa eum cumlati jacent, cives estis. Sed antequam opprimat lux, majoraque hostium agmina obsepiant iter, per hos, qui inordinati atque incompositi obstrepunt portis, erumpamus. Ferro atque audaciâ via sit quamvis per confertos hostes: cuneo quidem hoc laxum atque solum agmen, ac si nihil obstet, transibimus. Itaque ille mecum, qui et vosmetipsos et rempub. salvam vultis. » Hæc ubi dicta dedit, stringit gladium, cuneoque facto per medios vadit hostes: et cum in latus dextrum, quod patebat, Numidæ jacularentur, translatis in dexteram partem scutis. in majora castra ad sexcentos evaserunt: atque inde protinus, alio magno agmine adjuncto, Canusium incolumes perveniunt. Hæc apud victos magis impetu animorum, quem ingenium suum cuique, aut fors dabat, quam ex consilio ipsorum, aut imperio cujusquam, agebantur.

Hos mismos que los enviaban á llamar no venian, pudiéndose igualmente incorporar con ellos. *Æstimarique*, y que el enemigo aprecie vuestras cabezas por dinero, preguntándoos si sois Romanos ó aliados latinos. *Quærat*, para que otro saque honra de tu afrenta. *Non tu*, no lo permitirás (reticencia). *Cives*, si sois ciudadanos. *Sed antequam*, sino que antes que venga el día, y los caminos estén mas ocupados de enemigos. *Cuneo*, con nuestra gente unida, ó en forma de cuña, romperemos por el escuadron enemigo desunido y separado. como si nadie se nos opusiera. *Ad sexcentos*, pasaron al campamento mayor como unos seiscientos. *Hæc*, esto hacian los vencidos, mas por el ardor que á cada uno daba su naturaleza, que porque obrasen por consejo de ellos mismos, ó por las órdenes de alguno.

*Æstimarique*, alude á que Anibal trataba con mas rigor á los prisioneros romanos que á otros.

XXVIII. Annibali victori cum ceteri circumfusi gratularentur, suaderentque, ut tanto perfunctus bello, diei quod reliquum esset, noctisque insequentis quietem et ipse sibimet sumeret, et fessis daret militibus, Maharbal, præfectus equitum, minimè cessandum ratus: « Imò, ut quid hac pugna sit actum scias, die quinta, inquit, victor in Capitolio epulaberis. Sequere: cum equite, ut prius te venisse quam venturum sciant, præcedam. » Annibali nimis læta res visa est. majorque, quam ut eam statim capere animo posset. Itaque, voluntatem se laudare Maharbalis, ait; ad consilium pensandum temporis opus esse. Tum Maharbal: « Non omnia nimirum eidem dii dedere. Vincere scis, Annibal, victoriâ uti nescis. » Mora ejus diei satis creditur saluti fuisse urbi atque imperio. Postero die, ubi primùm illuxit, ad spolia legenda, fœdamque etiam hostibus spectandam stragem insistunt. Jacebant tot Romanorum millia, pedites passim equitesque, ut quem cuique sors aut pugna junxerat aut fugâ: adsurgentes quidam ex strage mediâ cruenti, quos stricta matutino frigore excitaverant vulnera, ab hoste oppressi sunt. Quosdam et jacentes vivos succisis feminibus poplitibusque invenerunt, nudantes cervicem jugulumque, et reliquum sanguinem invitantes haurire. Inventi sunt quidam mersis in effossam terram capitibus, quos sibi ipsos fecisse foveas, obruentesque ora superjectâ humo

XXVIII. *Perfunctus*, que habiendo acabado tan grande guerra. *Victor*, celebrarás la victoria con un banquete. *Cum equite*, yo me adelantaré con la caballería, de modo que me tengan alli antes que tengan noticia de que voy. *Majorque*, y tan grande que no era cosa de ponerla al punto en ejecucion. *Pensandum*, para reflexionar lo que se debia hacer. *Mora*, se cree con bastante fundamento que la detencion de este día salvó. *Postero die*, al día siguiente luego que amaneció, salen á coger los despojos y á ver aquella carnicería, horrible aun á los ojos de los enemigos. *Ut quem cuique*, segun que casualmente se juntaron, ó peleando ó huyendo. *Quos stricta*, á quienes el dolor de las heridas encrudecidas con el frio de la mañana les hizo levantar. *Quosdam*, á algunos encontrados caidos en tierra vivos, teniendo cortados los muslos y rodillas, descubriendo ellos mismos la cerviz y cuello, y convidando á que les sacasen la poca sangre que les quedaba. esto es, que los acabasen de matar. *Inventi*, encontráronse otros que tenian metidas las cabezas en hoyos, que se conocia haber hecho ellos mismos para taparse la boca, é impedir la respiracion con la tierra que echaron encima...

interclusisse spiritum apparebat. Præcipuè convertit omnes substratus Numida mortuo superincubanti Romano vivus, naso auribusque laceratis: cum, manibus ad capiendum telum inutilibus, in rabiem iræ versus, laniando dentibus hostem exspirasset. Spoliis ad multum diei lectis, Annibal ad minora ducit castra oppugnanda: et omnium primùm, brachio obiecto, flumine eos excludit. Ceterùm ab omnibus, labore, vigiliis, vulneribus etiam fessis, maturior ipsius spe deditio est facta. Pacti, ut arma atque equos traderent, in capita romana trecentis nummis quadrigatis, in socios ducentis, in servos centenis, et ut, eo pretio persoluto, cum singulis abirent vestimentis; in castra hostes receperunt, traditque in custodiam omnes sunt, sed seorsum cives sociique. Dum ibi tempus teritur, interea cum ex majoribus castris, quibus satis virium aut animi fuit, ad quatuor millia hominum et ducentos equites, alii agmine, alii palantes passim per agros, quod haud minus tutum erat, Canusium profugissent, castra ipsa ab sauciis timidisque eadem conditione, quâ altera, tradita hosti. Præda ingens parta est: et præter equos virosque, et si quid argenti, quod plurimum in phaleris equorum erat (nam ad vescendum factio perexiguo, utique militantes, utebantur), omnis cetera præda diripienda data est. Tum sepeliendi causâ conferri in unum corpora suorum jussit. Ad octo millia fuisse dicuntur fortissimorum virorum. Consulem quoque romanum

*Numida*, un Numida vivo que estaba debajo de un Romano muerto, y que tenía cortadas las narices y orejas, pues no pudiendo el Romano tomar las armas por tenerle cogidas las manos el otro, lleno de furor murió despedazando al enemigo con sus dientes. *Spoliis*, habiendo empleado gran parte del día en despojar los cadáveres. *Brachio*, y habiendo tirado una fortificación. *Pacti*, capitulando de entregar armas y caballos, y por cada Romano trescientos denarios. *In custodiam*, á todos los cautivos los aseguraron, separando á los Romanos de los aliados. *Nam ad*, porque de plata acuñada para el gasto tenían muy poca cantidad en el ejército. *Ad octo millia*, como unos ocho mil...

*Nummus*, aunque *nummus* ordinariamente se toma por *sestercio*, la autoridad de Plinio (lib. 35, cap. 5) nos mueve á traducir denarios,

pues dice que sola esta moneda tenía grabada la carroza de cuatro caballos, *quadrigatis*.

conquisitum sepultumque quidam auctores sunt. Eos, qui Canusium perflugerant, muliercula nomine Busa, genere clara ac divitiis, mœnibus tantum tectisque a Canusinis receptos, frumento, veste, viatico etiam juit: pro quâ ei magnificentia postea, bello perfecto, ab senatu honores habiti sunt.

XXIX. Ceterùm, cum ibi tribuni militum quatuor essent, Fabius Maximus de legione primâ, cujus pater priore anno dictator fuerat, et de legione secundâ L. Publicius Bibulus, et P. Cornelius Scipio, et de legione terciâ Ap. Claudius Pulcher, qui proximè ædilis fuerat: omnium consensu ad P. Scipionem, admodum adolescentem, et ad Ap. Claudium summa imperii delata est; quibus consultantibus inter paucos de summâ rerum, nuntiat P. Furius Philus, consularis viri filius, nequidquam eos perditam spem fovere; desperatam comploratamque rem esse publicam; nobiles juvenes quosdam, quorum principem L. Cæcilius Metellum, mare ac naves spectare, ut, desertâ Italiâ, ad regem aliquem transfugiant. Quod malum, præterquam quòd atrox, super tot clades etiam novum, cum stupore ac miraculo torpidos defixisset, et qui aderant, consilium advocandum de eo censerent, negat consilii rem esse Scipio juvenis, fatalis dux hujusce belli: audendum atque agendum, non consultandum, ait, in tanto malo esse; irent secum extemplo armati, qui rempublicam

*Busa*, una mujercilla noble y rica, llamada Busa, socorrió con trigo, vestuario y provisiones para el camino á los que, etc. *Manibus*, á los que los de Canusio solo les dieron cuartel y alojamiento.

XXIX. *Quibus consultantibus*, á los que tratando del estado de las cosas. *Fovere*, que fomentaban una cosa que ya no se podía remediar; que la república estaba ya sin esperanzas y sin remedio. *Mare*, que trataban de embarcarse y huir. *Quod malum*, el cual mal añadido de nuevo á otras calamidades, además de ser enorme. *Cum stupore*, habiéndolos dejado como parados y atónitos con la novedad. *Negat*, Escipion, á quien los hados le iban disponiendo para caudillo de esta guerra, dice que no estaba la cosa para andarse en consultas...

*Muliercula*, la llama mujercilla, aunque era noble, para dar á entender cuánto mas hizo una sola mujer con el ejército, que toda la ciudad.

salvam vellent: nusquam veriùs, quàm ubi ea cogitentur, hostium castra esse. Pergit deinde ire, sequentibus paucis, in hospitium Metelli: et cum concilium ibi juvenum, de quibus allatum erat, invenisset, stricto super capita consultantium gladio, « Ex mei animi sententià, inquit, juro, ut ego rempublicam non deseram, neque alium civem romanum deserere patiar. Si sciens fallo, tum me, Jupiter Optime Maxime, domum, familiam, remque meam pessimo leto afficias! In hæc verba, L. Cœcili, jures postulo, ceterique qui adestis; qui non juraverit, in se hunc gladium strictum esse sciat. » Hand secus pavidi quàm si victorem Annibalem cernerent, jurant omnes: custodiendosque semetipsos contra Annibalem Scipioni tradunt.

XXX. Eo tempore, quo hæc Canusii agebantur, Venusiam ad consulem ad quatuor millia peditum equitumque, qui sparsi fugâ per agros fuerant, pervenere. Eos omnes Venusini per familias benignè accipiendos curandosque cum divisissent, in singulos equites togas et tunicas, et quadrigatos nummos quinos vicenos, et peditibus denos, et arma, quibus deerant, dederunt: ceteraque publicè ac privatim hospitaliter facta, certatumque, ne a muliere canusinâ populus venusinus officii vinceretur. Sed gravius onus Busæ multitudo faciebat, et jam ad decem millia hominum erant. Appius et Scipio, postquam incolumem esse alterum consulem acceperunt, nuntium extemplo mittunt, quantæ secum peditum equitumque copiæ essent; sciscitatumque simul, utrùm Venusiam adduci exercitum an manere juberet Canusii. Varro ipse Canusium copias

*Nusquam*, que en ninguna parte estaban mas de veras los reales, etc. *Cogitentur*, donde se toman estas resoluciones. *Pergit*, prosigue despues su camino para ir á la habitacion de Metelo. *Juro*, juro con toda resolucion de no desamparar la república, ni permitir, etc. *Jupiter Optime Maxime*, arruina con el mayor desastre á mí, á mi casa, etc. *Si sciens*, si á sabiendas falso á mí juramento, entonces. *Postulo*, pido que tú y los que estais presentes hagais el juramento.

XXX. *Divisissent*, habiéndolos repartido por familias, alojándolos y tratándolos benignamente. *Publicè*, á costa del público y de los particulares. *Certatumque*, y anduvieron á competencia para no ser menos que la mujer canusina. *Officiis*, en el servicio del ejército. *Sed gravius*, pero la multitud que acudió hacia la carga insoportable á Busa...

traduxit. Et jam aliqua species consularis exercitùs erat, mœnibusque se certè, si non armis, ab hoste videbantur defensuri. Romam, ne has quidem reliquias superesse civium sociorumque, sed occidione occisos cum duobus exercitibus consules, deletasque omnes copias allatum fuerat. Nunquam, salvâ urbe, tantum pavoris tumultusque intra mœnia romana fuit. Itaque succumbam oneri, neque aggrediar narrare quæ disserendo minora vero fecero. Consule exercituque ad Trasymenum priore anno amisso, non vulnus super vulnus, sed multiplex clades, cum duobus consulibus consulares exercitus amissi nuntiabantur: nec ulla jam castra romana, nec ducem, nec militem esse: Annibalis Apuliam, Samnium, ac jam prope totam Italiam factam. Nulla profectò alia gens tantâ mole cladis non obruta esset. Comparem cladem ad Egates insulas Carthaginensium prælio navali acceptam, quæ fracti, Sicilia ac Sardinia cessere, hinc vectigales ac stipendiarios fieri se passi sunt: aut pugnam adversam in Africâ, cui postea hic ipse Annibal succubuit? Nullâ ex parte comparandæ sunt, nisi quòd minore animo latæ sunt. P. Furius Philus et M. Pomponius prætores senatum in curiam Hostiliam vocaverunt, ut de urbis custodiâ consulerent: neque enim dubitabant, deletis exercitibus, hostem ad oppugnandam Romam, quod unum opus

*Et jam*, y ya tenia visos de ejército consultar. *Sed occidione*, sino que habian perecido los cónsules con los dos ejércitos, sin quedar uno. *Itaque*, por tanto me rendiré á la dificultad de la empresa, y no me empeñaré en contar esta calamidad por no aminorarla con mis palabras. *Nulla profectò*, á cualquiera otra nacion la hubiera echado por tierra seguramente el peso de tan enorme calamidad. *Comparem*, compararé esta pérdida con la de los Cartagineses en la batalla naval junto á las islas Egates. *Cessere*, perdieron la Sicilia, etc. *Stipendiarios*, tributarios y pecheros. *Cui... succubuit*, en la que se dió por vencido. *Nullâ ex*, en ninguna cosa son semejantes estas dos pérdidas, sino en que él ánimo para sufrirlas no fué igual. *Quod unum*, pues no le quedaba mas que hacer en aquella guerra...

*Succumbam*, noble expresion, con cuya reticencia dice mas de lo que pudiera declarar la pluma de T. Livio.

*Nulla gens*, en esta sola expre-

sion tan corta nos pone á la vista de un golpe la grandeza romana, y el destrozo y daño que le ocasionó Anibal en sola una batalla

belli restaret, venturum. Cùm in malis, sicut ingentibus, ita ignotis, ne consilium quidem satis expedirent, obstreperetque clamor lamentantium mulierum, et nondum palàm facti vivi mortuique per omnes pæne domos promiscuè complorarentur, tum Q. Fabius Maximus censuit, « equites expeditos et Appià et Latinà vià mittendos, qui obviam euntes percunctarentur aliquos profectos ex fugâ passim dissipatos, si fortè referant, quæ fortuna consulum atque exercituum sit, et, si quid dii immortales, miseriti imperii, reliquum romano nomini fecerint, ubi eæ copiæ sint: quò se Annibal post prælium contulerit: quid paret, quid agat acturusque sit. Hæc exploranda noscendaque per impigros juvenes esse. Illud per patres ipsos agendum, quoniam magistratum parum sit, ut tumultum ac trepidationem in urbe tollant: matronas publico arceant, continerique intra suum quamque limen cogant: comploratos familiarum coerceant: silentium per urbem faciant: nuntios rerum omnium ad prætores deducendos curent: suæ quisque fortunæ domi auctorem expectet: custodes præterea ad portas ponant, qui prohibeant quemquam egredi urbe: cogantque homines, nullam nisi urbe ac mœnibus salvis salutem sperare. Ubi conticuerit tumultus, rectè tum in curiam patres revocandos, consulendumque de urbis custodiâ esse.» Cùm in hanc sententiam pedibus omnes issent, summotâque foro per magistratus turbâ, patres diversi ad sedandos tumultus discessissent, tum demum litteræ a Terentio consule allatæ sunt: « L. Æmilium consulem, exercitumque cæsum, Canusii que se esse, reliquias tantæ cladis velut ex naufragio colligentem: ad decem millia militum ferme esse in compositorum inordinatorumque. Sed Pænum nunc sedere ad Cannas, in captivo-

*Et nondum*, por no saberse á punto fijo los que se salvaron ó murieron. *Promiscuè*, indistintamente. *Expeditos*, sin armas. *Si fortè*, si acaso traen la noticia del paradero de los cónsules y estado de los ejércitos. *Quid... reliquum*, qué han dejado salvo los dioses inmortales compadecidos del imperio. *Impigros*, diligentes. *Quoniam*, supuesto habían quedado pocos magistrados. *Ut tumultum*, que desvanezcan aquel alboroto y llanto de la ciudad, mandando que las matronas no comparezcan en público, y que guarden sus casas. *Coerceant*, sosieguen los llantos. *Auctorem*, noticia. *Ubi conticuerit*, y luego que hubiese calmado aquella conmocion. *Pedibus*, habiendo todos aprobado este dictâmen. *Diversi*, por diversos barrios. *Pænum*, que Anibal estaba mui quieto

rum pretiis, prædâque aliâ, nec victoris animo, nec magni ducis more nundinantem.» Tum privatæ quoque per domos clades vulgatæ sunt: adeoque totam urbem oplevit luctus, ut sacrum anniversarium Cereris intermissum sit; quia nec lugentibus id facere est fas, nec ulla in illâ tempestate matrona expers luctûs fuerat. Itaque, ne ob eandem causam alia quoque sacra publica aut privata desererentur, senatusconsulto diebus triginta luctus est finitus.

XXXI. Ceterùm, cùm, sedato urbis tumultu, revocati in curiam patres essent, aliæ insuper ex Sicilia litteræ allatæ sunt ab T. Otacilio prætore, regnum Hieronis classe punica vastari, cui cùm opem imploranti ferre vellet, nuntiatum sibi esse, aliam classem ad Egates insulas stare paratam instructamque, ut, ubi se versum ad tuendam Syracusanam oram Pœni sensissent, Lilybæum extemplo provinciamque aliam romanam aggredierentur. Itaque classe opus esse, si regem socium, Siciliamque tueri vellent. Litteris consulis prætorisque lectis, M. Claudium, qui classi ad Ostiam stanti præset, Canusium ad exercitum mittendum, scribendumque consuli, ut, cùm prætori exercitum tradidisset, primo quoque tempore, quantum per commodum reip. fieri posset, Romam veniret. Territi etiam super tantas clades, cùm ceteris prodigiis, tum quòd duæ vestales eo anno, Opimia atque Flornia, stupri compertæ: et altera sub terram, ut mos est, ad portam Collinam necata fuerat, altera sibimet ipsa mortem consciverat. L. Cantilius, scriba pontificum, quos nunc minores pontifices appellant, qui cum Flornia stuprum fecerat, a pontifice ma-

en Canas, haciendo mercado de los cautivos y demás presas, regateando en el precio, contra lo que pide la magnanimidad de vencedor y el decoro de un gran general.

XXXI. *Stanti*, surta en el puerto de Ostia. *Quantum*, cuanto antes pudiese sin detrimento de la república. *Stupri*, fueron convencidas de estupro. *Sub terram*, despues la una fué castigada como era de costumbre (esto es, ser enterradas vivas), la otra se mató á sí misma...

*Sacrum*, el sacrificio de Ceres. que se hacia todos los años, se interrumpio; porque los que estaban

de luto, como á la sazón lo estaban todas las matronas, no podian asistir á él.

ximo eò usque virgis in comitio cæsus erat, ut inter verbera exspiraret. Hoc nefas cum inter tot, ut fit, clades in prodigium verum esset, decemviri libros adire jussi sunt, et Q. Fabius Pictor Delphos ad oraculum missus est, sciscitatum, quibus precibus suppliciiisque deos possent placare, et quænam futura finis tantis cladibus foret. Interim ex fatalibus libris sacrificia aliquot extraordinaria facta; inter quæ Gallus et Galla, Græcus et Græca in foro Boario sub terrâ vivi demissi sunt, in locum saxo conseptum, jam antè hostiis humanis, minimè romano sacro, imbutum.

XXXII. Placatis satis, ut rebantur, deis, M. Claudius Marcellus ab Ostiâ mille et quingentos milites, quos in classem scriptos habebat, Romam, ut urbi præsidio essent, mittit: ipse, legione classis (ea tertia legio erat) cum tribunis militum Teanum Sidicinum præmissâ, classe traditâ P. Furio collegæ, paucos post dies, Canusium magnis itineribus contendit. Dictator ex auctoritate patrum dictus M. Junius, et T. Sempronius magister equitum, delectu edicto, juniores ab annis septemdecim, et quosdam prætextatos scribunt; quatuor ex his legiones, et mille equites effecti: item ad socios latinumque nomen ad milites ex formulâ accipiendos mittunt: arma, tela, alia parari jubent, et vetera hostium spolia detrahunt templis porticibusque. Et aliam formam novi delectûs inopia liberorum capitum ac necessitas dedit: octo millia juvenum valido-

*Hoc nefas*, y como este enorme delito se tuviese como mal pronóstico entre las demás desgracias, como suele suceder. *Suppliciiisque*, y sacrificios. *Ex fatalibus*, segun los libros de las Sibilas. *Inter quæ*, uno de los cuales fué que un Galo y una Gala, un Griego y una Griega fueron enterrados vivos en un lugar cercado de piedra, donde ya antes se habian ofrecido víctimas humanas, á pesar de no ser esto conforme á los ritos romanos.

XXXII. *Rebantur*, como pensaban. *Teanum Sidicinum*, Tiano. *Delectu*, intimadas las levas, alistan á jóvenes de diez y siete años y á algunos que no llegaban. *Item*, asimismo envian comisionados para alistar gente de los aliados y latinos, segun la fórmula de concierto que con ellos tenian hecho. *Et aliam*, la necesidad y falta de hombres libres dió motivo á introducir un nuevo género de leva...

*Septemdecim*, hasta esta edad usaban de la pretexto, y despues vestian la toga. Por eso dice Ciceron

*pro Archid*: *Cum adhuc prætextatus esset Archias*, siendo aun Archias muy mozo.

rum ex servitiis, prius sciscitantes singulos, vellentne militare, empla publicè armaverunt. Hic miles magis placuit, cum pretio minori redimendi captivos copia fieret. Namque Annibal, secundum tam prosperam ad Cannas pugnam, victoris magis quam bellum gerentis, intentus curis, cum, captivis productis, segregatisque sociis, eos, sicut ante ad Trebiam Trasymenumque lacum, benignè allocutus, sine pretio dimisisset, Romanos quoque vocatos, quod nunquam aliàs antea, satis miti sermone alloquitur. « Non internecinum sibi esse cum Romanis bellum: de dignitate atque imperio certare; et patres virtuti romanæ cessisse, et se id adniti, ut suæ invicem simul felicitati et virtuti cedatur: itaque redimendi se captivis copiam facere: pretium fore in capita, equi quingenos quadrigatos nummos, trecentos pediti, servo centenos. Quamquam aliquantum adjiciebatur equitibus ad id pretium, quod pepigerant dedentes se, læti tamem quamcumque conditionem paciscendi acceperunt. Placuit suffragio eorum decem deligi, qui Romam ad senatum irent: nec pignus aliud fidei, quam ut jurarent se redituros, acceptum. Missus cum his Carthalo nobilis Carthaginensis, qui, si fortè ad pacem inclinarent animos, condiciones ferret. Cum egressi castris essent, unus ex iis, minimè romani ingenii homo, velut aliquid oblitus, jurisjurandi solvendi causâ cum in castra redisset, ante

*Copia fieret*, porque podian rescatar á menos precio. *Secundum*, despues de. *Intentus*, Anibal andaba mas ocupado en los cuidados de vencedor, que de un general que hacia guerra. *Sine pretio*, sin rescate, de balde. *Quod*, cosa que nunca él habia hecho antes. *Internecinum*, que no hacia una guerra mortal á los Romanos. *Certare*, que solo se disputaba de la mayoría, y de quien habia de mandar á quien. *Cessisse*, que los antepasados de Anibal habian cedido la ventaja al valor romano, y que él de la misma manera pretendia que ellos ahora cediesen, etc. *Facere*, les daba facultad. *Aliquantum*, aunque en los de á caballo se añadia algo á aquel precio que habian capitulado en la entrega. *Pretium*, que el precio por cada prisionero seria, si era de á caballo quinientos denarios, etc. *Paciscendi*, de capitular. *Minimè*, que nada tenia de Romano...

*Publicè*, comprados á costa dei público. No hay memoria de que

hasta este tiempo se admitiese á los esclavos en la milicia romana.

noctem comites assequitur. Ubi eos Romam venire nuntiatum est, Carthalo ni obviam lictor missus, qui dictatoris verbis nuntiaret ut ante noctem excederet finibus romanis.

XXXIII. Legatis captivorum senatus ab dictatore datus est. Quorum princeps M. Junius: « P. C., inquit, nemo nostrum ignorat, nulli unquam civitati viliores fuisse captivos, quam nostrae: ceterum nisi nobis plus justo nostra placet causa, non alii unquam minus negligendi vobis quam nos, in hostium potestatem venerunt: non enim in acie per timorem arma tradidimus, sed cum prope ad noctem superstantes cumulis caesorum corporum praelium extraxissemus, in castra recepimus nos: diei reliquum ac noctem insequentem, fessi labore ac vulneribus, vallum sumus tutati: postero die, cum, circumsessi ab exercitu victore, aqua arceremur, nec ulla alia jam per confertos hostes erumpendi spes esset, nec esse nefas duceremus, quinquaginta millibus hominum ex acie nostrae trucidatis, aliquem ex cannensi pugna romanum militem restare, tum demum pacti sumus pretium, quo redempti dimitteremur: arma, in quibus nihil jam auxilii erat, hosti tradidimus. Majores nostros quoque acceperamus se a Gallis auro redemisse: et patres nostros, asperrimos illos ad conditionem pacis, legatos tamen captivorum redimendorum gratia Tarentum misisse: atqui et ad Alliam cum Gallis, et ad Heracleam cum Pyrrho, utraque non tam clade infamis, quam pavore et fuga, pugna fuit. Cannenses campos acervi romanorum corporum tegunt: nec supersumus pugnae, nisi in quibus trucidandis et ferrum et vires hostem defecerunt. Sunt etiam de nostris quidam, qui ne in acie quidem refugerunt; sed praesidio castris relictis, cum castra traderentur, in po-

*Nuntiaret*, que le intimase.

XXXIII. *Nulli unquam*, que ninguna ciudad hizo menos aprecio de los cautivos que la nuestra. *Non alii*, no cayeron en poder del enemigo jamás otros que merezcan mas atención que nosotros. *Sed cum*, pero habiendo permanecido firmes, peleando casi hasta la noche sobre montones de cadáveres. *Aqua*, habiéndonos cortado aun la comunicacion del rio los enemigos, etc. *Erumpendi*, de hacer alguna salida por medio de los enemigos espesos. *Acceperamus*, sabíamos, teníamos presente. *Asperrimos*, aunque eran los mas severos para tratar de paces. *Supersumus*, solo quedamos con vida aquellos que no perecimos porque al enemigo le faltaban espadas y fuerza para degollarnos...

testatem hostium venerunt. Haud equidem ullius civis aut commilitonis fortunae aut conditioni invideo, nec premendo alium me extulisse velim videri: ne illi quidem (nisi pernicitatis pedum et cursus aliquod praemium est) qui plerique inermes ex acie fugientes, non prius quam Venusiae aut Canusii constiterunt, se nobis merito praetulerint, gloriatique sint, in se plus quam in nobis praesidii reip. esse. Sed illis ut bonis ac fortibus militibus utemini, et nobis jam promptioribus pro patria, quod beneficio vestro redempti atque in patriam restituti fuerimus. Delectum ex omni aetate et fortuna habetis: octo millia servorum audio armari: non minor numerus noster est, nec majori pretio redimi possumus, quam hi emuntur: nam si conferam nos cum illis, injuriam nomini romano faciam. Illud etiam in tali consilio animadvertendum vobis censeam, P. C. (si tamen duriores esse velitis, quod nullo nostro merito faciatis), cui nos hosti relicturi sitis? Pyrrho videlicet, qui nos hospitum numero habuit captivos, an barbaro ac Peno, qui utrum avarior an crudelior sit, vix existimari potest. Si videatis catenas, squalorem, deformitatemque civium vestrorum, non minus profecto vos ea species moveat, quam si ex altera parte cernatis stratas cannensibus campis legiones vestras. Intueri potestis sollicitudinem et lacrymas in vestibulo curiae stantium cognatorum nostrorum, expectantiumque responsum vestrum. Cum ii pro nobis, proque iis, qui absunt, ita suspensi ac solliciti sint, quem censetis animum ipsorum esse, quorum in discrimine vita libertasque est? Si, me dius fidius, ipse in nos mitis Annibal contra natu-

*Premendo*, ni busco mi propia gloria abatiendo á los demás. *Ne illi*, ni se antepondrán con razon á nosotros aquellos de los que la mayor parte desarmados: huyendo del campo de batalla, no pararon hasta llegar á Venusa y Canosa; á no ser que se premie á los que corren mas. *Gloriatique*, y á no ser que se glorien de que ellos defienden mas la república. *Promptioribus*, mas dispuestos á defenderse. *Nam si*, porque si nos comparo con ellos. *Merito*, sin merecerlo. *Squalorem*, miseria. *Species*, aquella vista. *Quem censetis*, cuál pensais será la triste situacion de aquellos mismos que tienen en el peligro su vida y libertad. *Mitis*, humano...

*Me dius fidius*, así me ayude Hércules, hijo de Júpiter. Fórmula de juramento propia de los hombres,

así como *me Castor* propia de las mujeres, dice Aulo Gellio, como si dijéramos ahora: así Dios me salve.

ram suam esse velit, nihil tamen nobis vitâ opus esse censeamus, cum indigni, ut a vobis redimeremur, visi sumus. Rediere Romam quondam remissi a Pyrrho sine pretio capti; sed rediere cum legatis, primoribus civitatis, ad redimendos sese missis Redeam ego in patriam, trecentis nummis non aestimatus civis? Suum quisque habet animum, P. C. Scio in discrimine esse vitam corpusque meum: magis me famæ periculum movet, ne a vobis damnati ac repulsi abeamus, neque enim vos pretio pepercisse homines credent. »

XXXIV. Ubi is finem fecit, extemplo ab eâ turbâ, quæ in comitio erat, clamor flebilis est sublatus, manusque ad curiam tendebant, orantes, ut sibi liberos, fratres, cognatos redderent. Feminas quoque metus ac necessitas turbæ huic virorum in Foro immiscuerat. Senatus, summotis arbitris, consuli coeptus. Ibi cum sententiis variaretur, et alii redimendos de publico, alii nullam publicam impensam faciendam, nec prohibendos ex privato redimi; si quibus argentum in præsentia deesset, dandam ex ærario pecuniam mutuam, prædibusque ac prædiis cavendum populo, censerent: tum T. Manlius Torquatus, priscae ac nimis duræ, ut plerisque videbatur, severitatis, interrogatus sententiam, ita locutus fertur: « Si tantummodo postulassent legati pro iis, qui in hostium potestate sunt, ut redimerentur, sine ullius insectatione eorum, brevi sententiam peregissem; quid enim aliud, quam admonendi essetis, ut morem traditum a patribus, necessario ad rem militarem exemplo, servaretis? Nunc autem, cum prope gloriati sint, quod se hostibus dediderint, præferrique non

*Nihil tamen*, por inútil tendremos la vida cuando nos habeis teniendo por indignos de ser rescatados. *Sese*, en lugar de *illos*. *Redeam*, tendré yo cara para volver á mi patria, cuando esta no da por mí rescate trescientos denarios? *Suum quisque*, cada uno, o senadores, tiene su puntillo de honor. *Pepercisse*, que habeis atendido al coste.

XXXIV. *Summotis*, habiendo salido los que no eran senadores. *Si quibus*, que á los que no tuviesen por entonces se les debía prestar dinero del erario, debiendo cuidar el pueblo de las fincas y fianzas. *Priscae*, de una severidad antigua y excesiva. *Sine ullius*, sin abatir el mérito de ninguno, hubiera dicho brevemente mi parecer sin determe en acusarlos. *Quid enim*, pues qué otra cosa había que amonestaros sino el que guardéis, etc. *Præferrique*, y habiendo tenido por cosa justa el anteponerse, no solo á los que hicieron prisioneros los enemigos en el campo de batalla, sino tam-

captis modò in acie ab hostibus, sed etiam iis, qui Venusium Canusiumque pervenerunt, atque ipsi C. Terentio consuli, æquum censuerint, nihil vos eorum, P. C., quæ illic acta sunt ignorare patiar. Atque utinam hæc, quæ apud vos acturus sum, Canusii apud ipsum exercitum agerem, optimum testem ignaviæ cujusque et virtutis: aut unus hic saltem adesset P. Sempronius, quem si iste duces secuti essent, milites hodie in castris romanis, non captivi in hostium potestate essent! Sed cum, fessis pugnando hostibus, tum victoriâ lætis, et ipsis plerisque regressis in castra sua, noctem ad erumpendum liberam habuissent, et septem armatorum hominum millia erumpere etiam inter confertos hostes potuissent; neque per se ipsi id facere conati sunt, neque alium sequi voluerunt. Nocte prope totâ, P. Sempronius Tuditanus non destitit admonere adhortarique eos, dum paucitas hostium circa castra, dum quies ac silentium esset, dum nox inceptum tegetet, se duces sequerentur: ante lucem pervenire in tuta loca, in sociorum urbes posse. Sicut, avorum memoriâ, P. Decius trib. militum in Samnio: sicut, nobis adolescentibus, priore punico bello, Calpurnius Flamma trecentis voluntariis, cum ad tumulum eos capiendum, situm inter medios hostes, duceret, dixit: Moriamur, milites, et morte nostrâ eripiamus ex obsidione circumventas legiones. Si hoc P. Sempronius diceret, nec viros quidem, nec Romanos vos duceret, si nemo tantæ virtutis existisset comes. Viam non ad gloriam magis quam ad salutem ferentem demonstrat: reduces in patriam, ad parentes, ad conjuges ac liberos facit. Ut servemini, deest vobis animus; quid, si moriendum pro patriâ esset, faceretis? Quinquaginta millia civium sociorumque circa vos eo ipso die cæsa jacent: si tot exempla virtutis non movent, nihil un-

bien á los que se retiraron á Venusa y Canosa, y aun al mismo cónsul. *Dum nox*, mientras la noche ocultaba su intento. *Memoriâ*, en tiempo de nuestros abuelos. *Sicut, nobis*, como, en la primera guerra cartaginesa, que sucedió siendo yo jóven, dijo á trescientos. *Si hoc*, si Publio Sempronio os hablara en estos términos y ninguno le acompañase en este grande valor, ni os tendría por hombres ni por Romanos. Os muestra el camino, no tanto de la gloria cuanto para salvaros...

*Memoriâ*, debe suplirse antes, para este y los demás ejemplos que cita, si hubiera sucedido lo que...

quam movebit : si tanta clades vobis vilem vitam non fecit, nulla faciet. Liberi atque incolumes desiderate patriam : imò desiderate, dum patria est, dum cives ejus estis : serò nunc desideratis, deminuti capite, abalienati jure civium, servi Carthaginensium facti. Pretio redituri estis eò, unde ignaviã ac nequitiã abistis? P. Sempronium, civem vestrum, non audistis, arma capere ac se jubentem sequi : Annibalem paulò post audistis castra prodi et arma tradi jubentem. Quam ego ignaviam istorum accuso, cùm scelus possim accusare? Non enim modò sequi recusarunt bene monentem, sed obsistere ac retinere conati sunt, ni strictis gladiis viri fortissimi inertes summovissent. Priùs, inquam, P. Sempronio per civium agmen, quàm per hostium, fuit erumpendum. Hos cives patria desideret? quorum si ceteri similes fuissent, neminem hodie ex iis, qui ad Cannas pugnaverunt, civem haberet. Ex millibus septem armatorum sexcenti exstiterunt, qui erumpere auderent, qui in patriam liberi atque armati redirent, neque iis quadraginta millia hostium obstitere. Quàm tutum iter duarum prope legionum agmini futurum censetis fuisse? Haberetis hodie viginti millia armatorum Canusii, fortia, fidelia, P. C. Nunc autem quemadmodum hi boni fidelesque (nam fortes ne ipsi quidem dixerint) cives esse possunt? nisi quis credere potest fuisse, qui erumpentibus, quin erumperent, obsistere conati sunt : aut non invidere eos, cùm incolumitati, tum gloria illorum per virtutem partæ, cùm sibi timorem ignaviamque servitutis ignominiosæ causam esse sciant. Maluerunt in tentoriis latentes simul lucem atque hos-

*Si tanta*, si el ver tantas muertes no os movió á despreciar la vida, nada os moverá. *Deminuti*, habiendo perdido vuestra libertad, habiendo perdido el derecho de ciudadanos, y habiéndos hecho esclavos de los Cartagineses. *Pretio*, á fuerza de dinero habeis de lograr lo que perdisteis por cobardía y culpa vuestra? *Quam ego*, pero para qué los acuso de cobardes, pudiéndolos acusar antes de traidores á su patria? (Correccion.) *Priùs, inquam*, en una palabra, antes tuvo Sempronio que romper por el escuadron de sus ciudadanos que por el de sus enemigos. *Nisi quis potest credere* (sup. bonos fidelesque) *fuisse qui con. sunt obs. quin erumper.*, á no ser que alguno crea que se portaron como ciudadanos buenos y leales los que se opusieron á los que pretendian romper por los enemigos, ó que no tuvieron envidia á los que se salvaron ó consiguieron reputacion por su valor...

tem exspectare, cùm silentio noctis erumpendi occasio esset. At enim ad erumpendum è castris defuit animus, ad tutanda fortiter castra animum habuerunt : dies noctesque aliquot obsessi, vallum armis, se ipsi tutati vallo sunt : tandem ultima ausi passique, cùm omnia subsidia vitæ deessent, affectisque fame viribus, arma jam sustinere nequirent, necessitatibus magis humanis quàm armis victi sunt. Orto sole, hostis ad vallum accessit : ante secundam horam, nullam fortunam certaminis experti, tradiderunt arma ac se ipsos. Hæc vobis ipsorum per biduum militia fuit ; cùm in acie stare ac pugnare decuerat, tum in castra refugerunt ; cùm pro vallo pugnandum erat, castra tradiderunt ; neque in acie, neque in castris utiles. Vos redimam? Cùm erumpere castris oportet, cunctamini ac manetis ; cùm manere et castra tutari armis necesse est, et castra, et arma, et vos ipsos traditis hosti. Ego non magis istos redimendos, P. C., censeo, quàm illos dedendos Annibali, qui per medios hostes e castris eruperunt, ac per summam virtutem se patriæ restituerunt.

XXXV. Postquam Manlius dixit, quanquam patrum quoque plerosque captivi cognatione attingebant, præter exemplum civitatis minimè in captivos jam inde antiquitus indulgentis, pecuniæ quoque summa homines movit : quia nec ararium exhaurire, magnâ jam summâ erogatâ in servos ad militiam emendos armandosque, nec Annibalem maximè hujusce rei, ut fama erat, egentem locupletari volebant. Cùm triste responsum, non redimi captivos, redditum esset,

*Ausi*, habiéndose atrevido y padecido los mayores riesgos. *Hæc vobis*, aquí teneis el modo con que se portaron esos vuestros soldados en aquellos dos dias : cuando debian haberse mantenido firmes en el campo de batalla, huyeron á los reales, y cuando habian de haber peleado por defenderlos, los entregaron : soldados inútiles, tanto en el campo de batalla como en los reales. *Ego*, por lo que á mí toca, tengo por tan justo el rescatar á estos como entregar á Anibal á aquellos, etc.

XXXV. *Quanquam*, aunque los prisioneros estaban emparentados con la mayor parte de los senadores, les movió para no rescatarlos la excesiva cantidad, además del ejemplo antiguo de la ciudad, que no usaba de misericordia con ellos. *Erogatâ*, habiendo gastado crecidas sumas. *Maximè egentem*, muy falto de dinero, segun corria la voz...



novusque super veterem luctus tot jacturâ civium adjectus esset, cum magnis fletibus questibusque legatos ad portam prosecuti sunt. Unus ex iis domum abiit, quòd fallaci reditu in castra jurejurando se exsolvisset. Quod ubi innotuit, relatum que ad senatum est, omnes censuerunt comprehendendum, et custodibus publicè datis, deducendum ad Annibalem esse. Est et alia de captivis fama, decem primos venisse: de eis cum dubitatum in senatu esset, admitterentur in urbem necne; ita admissos esse, ne tamen iis senatus daretur. Morantibus deinde longius omnium spe, alios tres insuper legatos venisse, L. Scribonium, et C. Calpurnium, et L. Manlium: tum demum ab cognato Scribonii tribuno plebis de redimendis captivis relatum esse, nec censuisse redimendos senatum, et novos legatos tres ad Annibalem revertisse, decem veteres remansisse, quòd, per causam recognoscendi nomina captivorum, ad Annibalem ex itinere regressi, religione sese exsolvisset: de iis dedendis magnâ contentione actum in senatu esse: victosque paucis sententiis, qui dedendos censuerint: ceterum proximis censoribus adeò omnibus notis ignominiisque affectos esse, ut quidam eorum mortem sibi ipsi extemplo consciverint: ceteri non foro solum omni deinde vitâ, sed prope luce ac publico caruerint. Mirari magis, adeò discrepare inter auctores, quàm quid veri sit discernere, queas. Quantò autem major hæc clades superioribus cladibus fuerit, vel ea res indicio est, quòd qui sociorum ad eam diem

*Novusque*, y añadiéndose este nuevo sentimiento á la pérdida de tantos ciudadanos. *Prosecuti*, acompañaron. *Quòd fallaci*, porque habia cumplido el juramento con la vuelta maliciosa á los reales. *Est et alia*, hay otra opinion sobre los prisioneros. *Ne tamen*, pero con la condicion de no darles audiencia. *Longius*, mas de lo que todos esperaban (en lugar de *diutius*). *Quòd... exsolvisset*, porque habian cumplido con el juramento volviendo á Anibal desde el camino con el pretexto de saber los nombres de los prisioneros. *Contentione*, con grandes altercados. *Victosque*, pero que prevaleció el parecer de algunos contra los que decian debian ser entregados. *Ceterum*, pero que en el primer reconocimiento de la ciudad que hicieron los censores, quedaron tan infamados, que algunos de ellos al punto se mataron; y los demás por toda su vida no solamente se privaron de asistir al foro, pero aun de comparecer en público, encerrándose en sus casas. *Mirari*, mas fácil es maravillarse de la diversidad de opiniones en este punto, que averiguar la verdad. *Vel ea res*, se puede conocer de que aun los aliados que hasta aquel dia permanecieron firmes, comenzaron á

firmi steterant, tum labare cœperunt, nullâ profectò aliâ de re, quàm quòd desperare cœperant de imperio. Defecere autem ad Pœnos hi populi: Atellani, Celatini, Hirpini, Apulorum pars, Samnites præter Pentros, Brutii omnes, Lucani: præter hos Surrentini, et Græcorum omnis ferme ora, Tarentini, Metapontini, Crotonienses, Locrique et Cisalpini omnes Galli. Nec tamen hæc clades defectionesque sociorum moverunt, ut pacis unquam mentio apud Romanos fieret, neque ante consulis adventum Romam, nec postquam is rediit, renovavitque memoriam acceptæ cladis. Quo in tempore ipso, adeò magno animo civitas fuit, ut consuli, ex tantâ clade, cujus ipse maxima causa fuisset, redeunti et obviam itum frequenter ab omnibus ordinibus sit, et gratiæ actæ quòd de repub. non desperasset; cui, si Carthaginiensium ductor fuisset, nihil recusandum supplicii foret.

titubear, no por otra razon verdaderamente, etc. *Defecere*, pasaron al campo cartaginés. *Græcorum*, de la magna Grecia. *Crotonienses*, Croton. *Ordinibus*, todas las clases, todos los estados (caballeros, patricios, plebeyos). *Cui si*, el cual, si como era capitán romano lo hubiera sido de los Cartagineses, no se hubiera escapado sin la muerte. (A los generales de Cartago que malograban alguna empresa al punto los crucificaban.)